Quem innumerabiles turbe
populorum utriusque sexus
ex diversis provinciis sequebantur
verbis doctrine ejus illecti et mag-
nis indulgenciis quas in singu-
lis faciebat stationibus attrac-
ti. Qui Cuonradus licet utere-
tur habitu clericorum secula-
rium nil tamen in hoc posssi-
debat neque possidere curabat
non prebendas non ecclesias
seu quaslibet alias dignitates
corpus suum assiduis jejuniis
et multis laboribus affligens
et macerans ne forte aliis pre-
dicans ipse reprobus inveni-
retur. Hujus consilio Ludewi-
cus Lantgravius et beata
Elyzabeth uxor ejus in rebus spi-
ritualibus per omnia regeban-
tur, a quo ipsa Elyzabeth post
mortem mariti sicut supra
dictum est religionis habitum
suscepit et tamquam patri
spirituali obedienciam pro-
misit. Cumque idem Cunradus
zelo fidei succensus agrum ec-
clesie a zizanniis succrescenti-
bus non solum per doctrinam
hereses extirpando, immo eciam
ipsos hereticos in fasciculos ad
comburendum colligando mun-
daret, a quibusdam quos ipse de
heresi infamaverat crudeliter
satis occisus est. Occisus est
cum illo homo quidam religiosus

vbis = verbis

cun

ijs

30 Juli 1233.